

Commilitones,  
amicae amicique linguae Latinae,  
Udalricus Friburgensis Germanicus vos omnes salutat

Certamina sunt finita. Habemus victorem, immo victores!

Quos priusquam incipiam laudare, gratias agam vobis omnibus, qui ausi estis  
traducentes textum Latinum in linguam Germanicam certare de victoria.

Quod spero vobis et gaudio et usui fuisse.

Maxime delector, quod hodie e pago Turicensi tam multi et tam studiosi  
discipuli convenerunt ad linguam Latinam fovendam.

Iudicibus non facile fuit discernere, cui danda esset palma.

Lepide et pulchre opera erant edita et demonstrant magnam virtutem non modo  
discipulorum sed etiam magistrorum.

Bene docuerunt, bene didicerunt.

Sed veniamus ad victores.

Maxima diligentia et sagacitate perfecerunt labores propositos et ostenderunt  
mirabilem facultatem interpretandi et perspiciendi textus Latini.

Maxima laude digni sunt et bene meriti de lingua Latina.

Digni etiam sunt, qui coronentur laurea hederisque, de quibus dicit Horatius, ille  
poeta illustri set perfectus in carmine primo:

(vos) doctorum hederae praemia frontium  
dis miscent superis, (vos) gelidum nemus  
nympharumque leves cum satyris chori  
secernunt aliis...

Nunc plaudite omnes!